cōsensumq; hoc posset implere, sine cuius autoritate eū nō poterat ipse dānare, & cū principali diligētia, & discuti potuit, & purgari, & ad coionē cōueniētē admitti. Cū em̄ cōstet sp̄ autori- tate sedis aplice hmoi psonas, aut discussas vel eē purgatas, aut sic ab alijs qbus cōpetebat ep̄is absolutas, vt tñ absolutio eaz; ex sedis aplice cōsensioe pederet, vbi vtrūq; defuit, nec discus- sionē legitimā, nec purgationē firmā, ac p̄ hāc receptionē fuisse cōstat idēbitā. Si tu absq; mea coione Petrū iudicasti eē catholicū, meq; despecto tuo eū iure recepisti, qd̄ causaris, si illū ego à coione mea quā tu voluisti cōtēptā, tanq̄ absq; tua notitia vel cōsultatioe repellerē. Vis acq- escere, meus es: nō vis acquiescere, meus nō es. Qui em̄ mecū nō est, cōtra me est: & q̄ mecum nō colligit, spargit. Quæro abs te, Petrū hereticū fuisse putes, an catholicū, an ab heresi postea eē correctū? Si hereticū, nullatenus ei cōicare debuisti, & eidē cōicando, heretici te manifestū est factū fuisse participē, & eius cōsequēter ex synodi tenore veniētē dānatioe cōstringi. Si ca- tholicū, palā torius dogmatis es defensor, q̄ catholicū pnūtiās ac nihilominus illius erroris cē- seris, si hereticū fuisse definias, ac postea correxisse p̄tēdas, eiq; te purgato cōicasse pnūtiās. In- terim cuius psona me negligēdū eē credidisti? Causari nō potes q̄ in hac eadē neglexerim, de inde q̄ sine me ius nō habueris vel absoluedi vel recipiēdi hmoi rite psonā. Hāc em̄ psonā nec purgatā legaliter, nec regulariter cōstat eē receptā, quā regulariter nō receptā tā legaliter nō cōstat eē purgatā. Et ideo nō iure purgatā, q̄ legaliter nō receptā. Mea em̄ in illū mea manē te snā, tu sine pōtificio meo, vt meā sniam resolveres ius nō hns, qua p̄tate vel discussus est vel q̄ autoritate receptus asserit. ¶ Ecce interim in his causis v̄a nutat & labit autoritas, & si hāc sola sit prorsus tota subruet. Sed adducite adhuc aliud qd̄ ad cumulū v̄æ cōmotionis accedit. A Quid em̄ si doceat nō solū priusq; in eius coionē veniretis, neq; tātmō cū ad eius coionē ve- nistis, postea in hereticorū nihilominus coione durasse, nōne aut p̄ illū apud vos coio perue- niebat heretica, aut in hereticorū coione vos eius cōmertio trāsibatis. Docete igit; Petrū Ale- xandrinū ab Antiocheni Petri vnq; coione descisse, & nō vsq; ad diē cū Antiochenus Petrus in hac luce versatus est in diuiduū vtriusq; fuisse cōfortiū. An dicturi estis, & Antiochenū Pe- trū fuisse correctū. Cur isti vsq; in finē nō cōicasse gloriabat; Acacius. Sed qd̄ profuit q̄ p̄ se ip- sum cōicare nō voluit, cū eidē p̄ Alexandrinū Petrū sine vlla se cōicare putaret inuidia. Quid facimus de tot tantisq; ciuitatibus ex qbus catholici pōtiffices sunt expulsi. Si catholici subro- gati sunt, cur catholici sunt reiecti? Si euidenter apparet, q̄ cū catholici sunt reiecti, nō catholi- ci fuerūt subrogati, restat vt catholici nō sunt, sed heretici qcūq; successerūt. Cur eis temere cōicatis? Cur nō vt ista noua facies rez; & tāta tragœdia de pōtifficū successioe viuētū syno- do discuteret; egistis? An de vno dolēt Acatio, q̄ speciali synodo nō fuerit cōsultatus, cū pro- priū crimē lris suis ipse detexerit, nec audiri debuerit, iā sponte cōfessus, & de tātis pōtifficibus catholicis nō dolēt, sine vlla discussione seclusis. Si catholicos nossent eos, q̄z; coionē vitauē- rāt, his potius cōicare maluissent q̄ nō cōicantes eis dura p̄secutione depelli. Ecce catholici tā- ti sacerdotes hoc ipso se iudicāt, qd̄ aplice sedes cēsuerit cognouisse, cōstāterq; probasse reti- nēdū, q̄ coionē catholicā resonātes, & eos q̄ aplice sedi cōicarent, vsq; ad p̄secutionis incur- sus tenuere cōfortes. Certē q̄ sedes aplice decreuerat oriētalibus Ep̄is nō innotuisse iactat, vn- de ergo tot tātisq; pontiffices vnū idēq; cū sede aplice sentiētes, eāq; probātes apte religioe sa- croscritā, verāq; sanxisse q̄ nō solū sequēda sibi iudicauerūt, sed etiā vsq; ad p̄secutionē viriliter exercēda. Ecce habuistis q̄ aplice cōstitutionis & notitiā vobis ingereret & retinēdi cōstan- tiā ministrat; er. Si apostolica sedes misisse, vix duos aut tres dirigere potuisset. Ecce tot pōtiffices apostolicæ sedis scita seclātes, ingerūt nobis notitiā, & p̄bēt seruādā veritatis exēpla q̄ cōtra tātos clausistis oculos ibidē cōstitutos, quō duos vel tres audire possētis. Hoc ipso sine dubio cognouistis, illos apostolicæ sedi placere, q̄ vobis displicere videbatis. Aut illos ergo se- ctamini p̄ q̄s intelligebatis sedis aplice volūtate, aut ad nihilū qd̄ de ignorātia velitis obtēde- re, cū iudicis tātis & talibus abutētes sedis apostolicæ cōstituta testimonijs p̄dicātibus respue- re potius q̄ recipere maluistis. Nunquid oēs isti q̄s memorauimus Ep̄i impatori mētiti sunt? Nunquid oēs impatoris nomē ex diptichis abstulerūt? Cūq; pellerētur & viuus pōtifficibus ca- tholicis, successores heretici, & nō de inferioribus qbusq; ciuitatibus, sed etiam metropolitani pōtiffices in catholica coione iugiter durātes, cur igit; cōpassi nō estis tātis fratribus v̄is, cur nō adiuistis impatorē? Cur nō ecclesie causam & sacerdotij miserabilē decolorationē continuatis vocibus desueuistis, allegātes nunq; de pontifficibus, nisi ecclesiā iudicasse nō eē humanaz; legū de talibus ferre sniam absq; ecclesie principaliter constitutis, obsequi solere principes Ch̄ria nos decretis ecclesie non suā p̄ponere p̄tātē, Ep̄is caput subdere principē solitū, non de eorū capitibus iudicare, qbus ecclesie cōsilijs, qua synodo pellerēt, qd̄ deniq; cōmississent, vt sine vl- la discussione rez; tot ecclesie p̄sules pro hūano libitu & secularis potestatis arbitrio pelle- rent, inauditos, indiscussos, incōuocatos nō debere percelli, maxime cū noua causā & noua

Epistole Gelasij pape.

rez facies apparet, vt rectores isti plebiū repētinis incurſionibus pro mūda nā potētia vo-
 lūate ſacris dignitatib⁹ priuarent ex nulla veteri cā, ex nullo collegio reatus nec participatōe
 cuiuslibet erroris iā an dānatos teneri eos cōuinciq; cōsortes, vt tanq̄ ex p̄terita definitiōe iu-
 dicarent obſtricti. Et ideo q̄a nullis an p̄cedētibus cauſis recētes eſſent, cur egerent incurſus
 q̄ illi eſſent debēt mōſtrari, & eccleſiaſticis legibus vt ſemp oportere cōſtare faltē vel p̄ vſo lo-
 co illoꝝ duceretis miſerijs cōſulēdū, formidātes in vobis qd̄ in alijs cernitis p̄ter illū morē vio-
 lēter admitti, ſi crimine reſp̄ſi erant, aliqd̄ de eccl̄aſtica debuit examinātōe cognoſci taceo, &
 ad ſedē ap̄cā ex more referri, ne nra priuilegia curare videamur, ſatis ſit oſtēdere qd̄ ſecundū
 regulas patrū & canones facere deberetis, p̄cipue cū etiā ipſe leges publice eccleſiaſtica regulā
 ſequētes, tales p̄ſonas nō niſi ab ep̄iſ ſanxerūt iudicari. Si vero de q̄libet h̄reſi fuerint ip̄petiti,
 tāto magis eos decuit iſta cognoſcere, q̄ & ſecūdū religiōis tenorē poſſent iſta diſcutere, & ha-
 berēt priſtinū, ex q̄ eſt ch̄riana religio, p̄tifiiciū iudicādi, aut catholici em̄ erāt, aut heretici, de
 q̄bus paſſim illa ludibria gerebant & latrocīnia deteſtāda ſeuiebāt, ſi heretici prodi, diſcuti, &
 legitime cōuinci modis oib⁹ debuerāt, vel ſuis cōfeſſionibus, vel aliōꝝ vocibus confutari ta-
 ceo, q̄a ad nos paterna fuerat cōſuetudine referēdū, tātūq; cōmoneo qd̄ fieri eccleſiaſtico iure
 cōuenerat, ſi vero catholici p̄bant vos q̄ nō ſolū in eoꝝ depulſiōe ceſſatis, ſed etiā ſubrogatis
 cōicare delegiſtis indubitanter hereticis, q̄bus depulſis catholicis ſuccedētibus nō ignoratiſ
 cauſam fidei, cōionisq; catholicæ p̄ tātos antiſtites toto orbe patefactos, ſed plane ſciētes, vo-
 lētesq; ſine vlla diſcuſiōe rez ſine vlla ſynodali examinātōe, ſine vlla ſedis ap̄cæ reuerētia &
 aſſenſitis h̄reticis libēter h̄ntes, patiēterq; ſinētes catholicos antiſtites inaudita prius & mi-
 ſerabili ſorte detruēdi, q̄s ſi à fide integra cōioneq; catholica putaretis errare ad ap̄cā ſedē ſe-
 cūdū ſcita maiōꝝ, & ſicut ſp̄ eſt factū referre debuiſtis, ſicut de Petro Alexādrino vel Antio-
 cheno Petro de Iohāne Pauloq; feciſſe mōſtrat Acatius. Sed q̄a noueratis eos cum ap̄cā ſede
 ſentire, & qd̄ ſedes ap̄cica ſua diſſiniōe cēſeret, p̄ illos tātos ac tales ep̄os cōſtat oriētales anti-
 ſtites nullatenus ignorare, & p̄ illos catholicos atq; ap̄cæ cōioni p̄diſſe cōtrarios, & ab eadē
 deſeciſſe cū nō illis eſtis paſſiōe cōiūcti, ſed potius p̄ſecutoribus eoꝝ ſocietate cōnexi. Hic vobis
 ſynodus nunq̄ venit in mētē, & certe de perſonis (vt dictū eſt) nulla veteri lege cōſtrictis,
 Hic nullo cōcilio, nō vnus vr̄bis vel vnus ep̄i, ſed totius oriētis eccleſiā ſubijt animū veſtrū: fa-
 cto ſacerdotali cōcilio, debere curari. Sed hoīes q̄ in cōtrariā partē toto p̄poſito & toto reci-
 deratis affectū, cōcilia potius neceſſaria etiā ſtudio declinat, ne p̄ eadē tale aliqd̄ cēſeret, quo
 vobis reb⁹ euidenter offenſis & legitime cōfutatis, in hereticosq; nō licere venire cōſortii. Quid
 ergo de ignorātia p̄tēditis, cū p̄ totū oriētē catholicā fidē cōionēq; ſyncerā ſedi ap̄cæ cōgru-
 entē nō ſolū cognouiſſe tot p̄tiffices videbatis, etiā vſq; ad extremū cōſtātiffime deſeciſſe. Si
 vos nō audieratis qd̄ de fide & cōione catholica atq; ap̄cica cēſeremus, illos aſpicere debuiſtis
 & aut ſeq̄ ſi credebatis eē catholicos, aut apud ap̄cā ſedē potius accuſare, ſi credebatis erraſſe
 qd̄ illos aut ſuo p̄poſito illā tenuiſſe ſniam, aut cognofcēdo quid ſedes ap̄cica diſſiniret, & aut
 igit̄ collegas & fr̄es de proximo in cōſpectu v̄ro vel catholicos ſeq̄ debuiſtis, vel ip̄tere ſi crede-
 batis errare, nec illos à q̄bus nullo diſcrimine vexabant p̄bere cōſenſum, donec veritas ex oī-
 bus patefacta cōſtaret, & regulariter de eis eccleſiaſtici iudicij forma p̄cederet, ſin vero ſedis
 ap̄cæ regulā ſubſequēdo p̄ſpiciebatis illos h̄ac tenere cōſtātiā cōſequenter p̄ illos, & qd̄ nra
 diſſiniō cōtineret, nō habuiſtis incertū, & illoꝝ p̄ſecutorib⁹ annuēdo à ſedis ap̄cæ nō igno-
 rātes eius ſniam cōſortio retraxiſtis, & adhuc dicitis ignorare vos qd̄ ſedes ap̄cica cēſuiſſet. Cū
 illis ſacerdotibus catholica fide & cōione nolētibus nō vetbis aut l̄ris, ſed p̄ſonis p̄tibus didi-
 ceritis vniuerſa, & ab eadē vos p̄prio iudicio ſeparare videamini, & adhuc dicitis ſynodū in
 vnus hoīs p̄ſonā debuiſſe tractari, quā in dānādis totis p̄tifficibus catholicis nō q̄ſiſtis. Quib⁹
 aſt vultis vt de taliū cauſaꝝ relatōe credamus catholicis an hereticis ab oī cōtagōe hereticosq;
 diſcretis, an hereticosq; cōione pollutis: Quis aſt nō videat illos eccl̄e catholicos, & ab oī here-
 tica peſte p̄ſus alienos, q̄ p̄p̄rijs vr̄bibus detruſi, & in exiliū ſunt redacti, & eos q̄ ſupſtitibus
 catholicis ſucceſſores fieri auſi ſunt, catholicos oīno nō eē, ſed aut Euticiani manifeſti, aut eoꝝ
 ſectatorib⁹ cōicātes hęc peſtis apud eos hodieq; p̄durat. Siquidē & cū Petro Alexādrino & cū
 Antiocheno Petro idifferēter hi q̄ catholicis ſucceſſerāt, cōione p̄mixti ſunt, & ſucceſſoribus
 vtriuſq; Petri hodieq; miſcētur. His adde etiā illos q̄ catholicis, licet nō ſucceſſerūt, ſed cū ca-
 tholici p̄tiffices haberent taliū ſe cōioni iūxerūt, hęc illa mixtura. Hęc ē illa cōfuſio q̄ p̄ oriētē
 totū inter catholicā, h̄reticāq; cōionēq; nulla diſcretio eſt. Imō q̄ diſcerni tētauerit potius
 B h̄reticus habet, p̄ſecutione p̄cellit, exilijs & afflictiōe mulctat. ¶ Reſtat ergo vt in hac collu-
 uione cūctoꝝ, ſicut quiſq; ab eadē ſeparatus cōprobat, ita quiſq; ſynceræ eſt cōionis, & ideo
 catholicus, ita quiſq; illius deteſtādi cōmertij particeps inueniet, q̄tū à ſyncera cōione, tātum
 à catholica atq; apoſtolica ſit remotus. Nec p̄tendat quiſq; q̄ alicui forſitan euidentiori nō cō-
 municaſſet

municasset vel nō cōicare videat hēretico. Quid em̄ iuar, si illi nō cōicet, & his tñ cōione iungant q ab illius nō sunt cōione diuersi? Qd̄ si eorū nulli cōicauit vel oīno nō cōicat. Hic erit ille syncerē, catholicēq; applicēq; cōionis & fidei, aliogn nullo mō poterit idiscretē illius mixtiōis insyncerē vitare cōtagiū. Hoc mō etiā ille vir bon⁹ Acatus Antiochēno Petro, cui se palā nō cōicare iactabat p̄ alios sine ambiguo cōicasse detegit. Neq; em̄ ab oīm q Antiochēno Petro cōicabāt, semet Acatus cōione suspēdit, ac p̄ hoc qd̄ profuit q̄ videri volebat. Illi palā nō cōmunicare, cui p̄ suos cōplices sub signo cōionis necēbat, Alexandrino Petro cōicauit Acatus. Sed donec aduixit Antiochēnus Petrus, q̄ utiq; post Acatianū cū Petro Alexandrino cōmunicabat Acatus plurimos diuersaq; vrbū p̄sules possumus demōstrare, q̄bus cū Antiochēno Petro cōicantibus, nihilominus cōicabar Acatus, & p̄ illos Antiochēnos cōmunicabat cōsequēter & Petro. Sed hęc apud Gr̄cos facilis & inculpabilis putat eē permixtio, apud q̄s nulla est veri falsiq; discretio. Et cū oībus reprobis volunt esse cōes, in nulla monstrant probitate cōstare. Hic aut̄ ille est Petrus Antiochēnus, quē nec per pēnitentiā, aut cōmunionē catholicā recipi, etiā à sede apostolica poposcit Acatus, ac per hoc q̄ querunt à nobis Acatum fuisse dānatum cū hac professione p̄missa, & per anfractus Antiochēni petis̄ recepta cōmunionē se doceat ipse dānasse. Vbi tñ non solū reus tenetur Acatus, sed oēs pontifices orientis, qui pari modo in hęc recidere cōtagia, merito q̄ simili dānatione tenētur obstricti. Nec inde possunt vllatenus expediri, nisi dū super sunt, à talibus abstinēdo. Nec nos oportet in talibus causis, nisi illis credere, q̄ aut oīno se sciant ab huius p̄fidie nexibus diuino bñficio seruare discretos, aut ab his q̄ à p̄fidio cōsortio recesserunt. Nā in p̄fidio cōragio cōstitutis, quā fidē p̄ syncerē cōionis testificatione possumus adhibere, q̄ in syncera cōione sunt positi, nec eorū testimonijs inniti pro veritate poterimus q̄ impugnare nitunt̄ falsitatibus veritatē. Restat, vt non nisi illis credere debeamus qui ab omni contagione sunt liberi.

¶ Epistola Gelasij pape ad Eunifimium.

Dilectissimo fratri Eunifimio, Gelasius. Quod plane cupimus atq; syncera fidei cōmuniōisq; catholice redintegratiōe firmari, asserit tua dilectio, q̄ alteri solus non sufficiat auditus, nisi p̄ literas spectauerit significant prouocantē. De his quę circa nos disp̄satio diuina perfecit, vt si in secundis vicē saluationis impenderē. Non arbitramur vel dilectionem tuam vel aliquam se hoc sperare potuisse, vt putaret nos vel aliquēpiam potiorē quę sunt gesta referentes debuisse responsa promereri, qua nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si magis opinamur, quasi socijs, q̄bus p̄esse Christi munere delegata est, apostolicam sedē institutum sibi nouiter sacerdotē p̄euntibus oportuisse, dixisti literis indicare, fuit quondam ecclesiastica vetus hęc regula apud patres nostros quibus vna catholica, apostolicaq; cōmuniō ab omni p̄uaricatorū libera pollutione cōstabat. Nunc aut̄ cum societate p̄ferre malitis extraneā quā ad beati Petri p̄se redire illibatūq; consortium, quomodo cantabimus canticū dñi in terra aliena? Quō dispositionis apostolicę antiqua cōcedera p̄beamus hominibus cōmunionis extraneę? Quę admodum nobis ordinationē renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio hēreticos dānationemq; p̄ponitis. Dicat forsitan tua dilectio hēreticos dānatos dici Acatiū & Petrū. Cur si phas non est p̄sentibus saltem literis colloquamur. Quia aliter appellamus dominicę mensę participes, aliter qui in eius nobiscū societate dissentiunt, quia ipse dñs alio mō verba faciebat à sua p̄dicatione discretis, alio discipulis regni cęlestis secreta pandebat. Cōsequēter q̄q; apostoli nō ita à suo collegio separatis, quę admodū fidei domesticis cōsortibusq; loquebant̄. Sed ait dilectio tua tantū circa me sese charitatis habuisse, vt nō solū ad scribendum fueris cōtentus affectu audire, lege sn̄iam, fides ex auditu, auditus autē per verbū dei, illud scilicet verbum quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunq̄ p̄ualituras esse promisit. At q̄ ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis deus in verbis suis nō nisi aliquid tale promississet, institueret, vnam sponsonis suę promissionem impletet. Ait deniq; nos diuinę prouidentię gratia tua dilectio quod ille monstrauerit sanctarum Ecclesię se non deserere charitatē, quia me in pontificali sede locauerit non indigentem sicut ait doceri, sed intendentē omnia necessaria ad ecclesiastici corporis vnitatem. Ego quidem sum omnīū hominū minimus satis immeritus tantę sedis officij, nisi q̄ superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid em̄ de me sentiam cū hoc ipse id de se magistro gentium ille testetur, qui se vltimum, & non vocari dignū apostolum profitetur. Veruntamen vt ad dilectionis tuę verba redeam⁹, si

Epistole Belasij pape.

veraciter executus es hæc diuinitus mihi fuisse collata, q̄ & profecto quæcunq; sunt bona dona sunt dei, sequere ergo hortameta nõ indigentis doceri, & scdm̄ supernã dispositionem vniuersa cuncta inspicientis q̄ ad ecclesiã p̄tinent vnitatē. Et aduersus diabolu cõturbatorum vere pacis atq; cõpagis vt asseris fortiter resistentē. Si ergo de me ista p̄nuntias, aut sc̄da tibi sunt q̄ a Christo vt phibes cõstitutata sunt, aut palam te q̄d Christi dispositõibus obuiare depromis, aut ad veniã luxuriã de me cognosceris ista iactare. Sed cõsequenter adnectis cõdescendibile me, & optima dispositõ reuocare posse cõcordiã. Proinde qm̄ isto verbo frequenter vtimini quid sibi velit explorē. Optima em̄ illa est ecclesiã catholicã atq; apostolicã dispositio q̄ ad meliora p̄ficiendo cõscendere nõ ad inferiora descendēdo deficere. Cũ aut̄ dicis cõscedere nos debere vobiscũ. Interim iã vos, aut descēdere aut descēdisse monstratis. Vñ q̄so vel q̄ ista descēsis est? Vtiq; ex superiori qdã loco ad inferiora quãq; depõnitã catholicã aplicãq; cõione ad hæreticã dãnataq; prolapsos videris, cognoscitis, non negatis, & nõ solũ vos in infimis iacere delectat, sed etiã in superiore manentes sede vultis impelli. Cõdescēdere nos vobiscũ inuitatis, ad ima de summis nos coascēdere vos nobiscũ rogamus ad summa de imis. Nũc igit̄ sub cõspectu illius excellē iustitiã iudicet genus humanũ, q̄s n̄m̄ debeat alteri obedire. An dicis vt cetera nũc omittã, descēdit dñs ipse de celo? Descēdit planē, sed vt hominem ab errore liberaret, nõ vt eius misceret errori. Nõne ipse p̄monuit, vt qui in tecto cõsisterēt nõ descēderēt, nec ad ea q̄ in domo vident esse tollenda? Nõne p̄ oĩbus apl̄s clamat vnus, qui plus oĩbus laborauit, cũ de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horã cessimus subiectiõis gr̄a & veritas euãgelij p̄maneret apud vos. Vt detis celestē mgr̄m̄ cõdescēdere noxijs recusantē. Postremo faciamus aliquē corruisse ad quē benignissimē subleuãdũ paululu quispiã velit inflecti. Ergo vt erigat iacēs miserãtem cõuenit inclinari, nõ vt cũ eodē p̄cipitet in foueã. Igit̄ p̄ literas, q̄s per Sinelitiũ diaconē destinauisti de his q̄s baptizauit, q̄s ordinauit Acacius maiorē traditõē cõfessã, & verã p̄cipue religionũ sollicitudini vr̄e cõgruã p̄bemus sine difficultate medicinã. Quo nos vultis vltra descēdere? Quid tacetis? Quid verecũdamini verbis exprimere qd̄ corde gestatis? Ipsa vos saltē verecũdia qd̄ nõ nunquã sit debuit cõmonere. An forsitan vt hæreticorũ dãnatorũq; & his vel eorũ successoribus cõmunicantiũ noĩa cõsentiamus admitti? Hoc nõ est cõdescēdere ad subueniẽdũ, sed euidenter i inferna demergi. Parcite q̄so & nobis & vobis. Quod si curã vr̄i adeo nõ habetis, date veniã nobis. Dolere & flere possumus & debemus, in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus qui p̄tate deo nõ o syncerã purãq; paternã traditionis fidē cõionēq; retinere, & ab omni p̄uicatorũ cõtatione discretã etiã intẽtato periculo mortis optamus eligētes (si velit deus) quilibet illa p̄peti, quã causas incidere dãnatois æternæ. Date inquã veniã si cũ vos propter amorē cuiuslibet hoĩs, vel timorē hæc libenter incurritis. Nos p̄pter amorē dei, & timorē gehenne talia refutamus. Nec vos credatis dissimulando causas atq; p̄sonas cuiuslibet amicitijs posse subripere, quia neq; vos ita subtiles estis qui nõ possitis intelligi, & nos p̄tante deo nostro nõ reperitis incautos.

B Nonne missis huc sæpe lris indicastis cũ cæteris hæreticis vos Euticem q̄q; respuere. Hoc si verũ, aut eos qui cõicauerunt Euticetis successoribus pariter abdicatæ, aut aliorũ q̄q; hæreticorũ successoribus cõmunicantes admittite. Sed Acacius inquis nihil cõtra fidē sicut Euticetis & successor eius legit̄ vbiq; dixisse, q̄si nõ sit deterius, & nõ ignorasse veritatē, & tñ cõicasse veritatis inimicis. Si em̄ cum alijs recte sapiēs de fide catholica cõmunicet illis hæreticis inter q̄s Euticetē posuistis, vel successoribus eorũ, nõ est fas eos inter catholicorũ altaria noiare. Ita ne ergo illius Euticetis successoribus cõicando simili sorte tenet̄ obnoxio? De talibus q̄ppe cõueniẽter dicit̄ descēdant in infernũ viuẽtes, qui dũ illa vita, q̄ iustus viuuit vera atq; catholica putãtur viuere, repete aut in prona prauitatis, aut in hæreticã cõionis inferna vergũt. Ecce q̄les Christo dicitis eẽ p̄ponēdos. Cũ ille nec animas nr̄as subimet p̄cipit añponi. Imo & adhuc q̄ritis q̄ fuerit dãnatus Acacius, q̄si reuera etiã si eũ nullus ante damnasset nõ fuerit orthodoxæ, & apostolicæ cõionis, cuius p̄uicator extitit & desertor participatione secludi. Sicut etiã quilibet qui fuerit añ catholicus, cuiusq; hæresi cõicans merito iudicat̄ a nostra societate remouēdus, aut in tali sorte defunctus inter catholicorũ noĩa nullatenus cõputari. Miramur tñ quõ ista profertis, hoc est vt & synodũ Calcedonensem vos suscipere pro fide catholica p̄fiteamini, & eos q̄s damnauit, seclantiũ cõicatores nõ pariter gñaliterq; putetis fuisse dãnatos. Ostēdite ergo q̄ synodus in vnaquaq; hæresi cũ erroribus successoribus eorũ his cõicantes simulq; oēs nõ dānet, & cõplices. Itaq; ille vester Acacius qui Euticianis hæresibus detestabili cõione factus est particeps ab eadē synodo sine dubitatõē damnatus est. Quæ Euticem Dioscororũq; cũ successoribus eorũ hisq; cõicantes synodico tenore prostrauit, Sic vos sequaces q̄q; eorũ Timotheũ Petrũq; simili definitiõē deiecit.

deiecit. Proinde si ea quae in synodo Calcedonensi pro fide & coeione catholica lege applica definita sunt, vere certe quae seclatamini, sicut vestra professione multiplici continetur, aut successores ab illa synodo danatos; hisque coicantes abijcete, aut si istos admittitis ea quae nulla synodo pro fide, & coeione catholica, & applica sunt pplexa, non solum falso vos retinere ppeditis, sed insuper labefactare conamini, & i Euticianam haeresim sine retractatione reciditis merito quod a catholicis pbamini eē vitadi, quia ut tale pestilentia perpetuo possemus euadere ea quae contra ipsam ab illa congregatione sancto patrum salubiter decreta legunt nullatenus mutanda, non solum sedis applicae pfules, sed etiam orientaliu regionu catholice censurae pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui coicauit Acacius, vestrae assertioibus edocete. Hoc ostendite. Hoc pbate. Quibus ille modis. Quibus ille regulis ab Euticianam fuerit professione vel coeione mudatus, ut cum id nihilominus euidenter reuelauerit demonstratione conuictu, palam aperteque possitis aduertere, aut vos debere cedere veritati, aut aduersus hanc manifesta dimicatione colligere, nec vobis blandiamini, quia fide catholica profiteremini vos tenere qui Euticis nomen adinuistis, quia ea veluti predicare videamini quae orthodoxa predicauit antiquitas. Clamat enim vobis illa euangelica sententia, aut facite arborem bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos. A fructibus enim arbor cognoscitur. id est si fide, si professione catholica & apostolica fideliter veraciterque gloriamini huius & communionem recipite. Si vero haereticorum scilicet danatorum; quae vel his aut successoribus eorum; communicantium communio vobis placet. Quid statis? Quid circumspicitis simul & eorum aperte manifesteque remotis obstaculis dogma defendite. Quid enim iuuat? Immo & satis grauat dictis polliceri, quod factis negat ut non solum ipsa per se haeresis Euticianam, quae sit funesta christiano sacramento possitis agnoscere, sed quae & quae grauius haeresis in sui diffinitione contineat. Ecce ad quae nos praecipitiam descendere prouocatis, atque nos vitae aeternae pericula cupitis inclinare, hoc descensu saluare est a grotante, an cum languente consumit? Haec erit optima dispositio illa quam memoras reparanda concordia. An illa potius, ut reiectis contagijs perfidorum; integra fide synodica sui coeione potius communio catholica atque apostolica haereticorum; tabe depulsa, intemperatam suae fidei confessionem nitatur astruere, atque inuicem sibi met congruentis orthodoxae professionis communionisque sit vnitas? Hanc sicut dilectionis tuae litterae cohortant, meis quoque temporibus custodiri, qua valeo prece deposito quae pro tot annos ab illis patribus gloriosis illibata intactaque seruata est. Haec enim est, sicut ipse dicitis, quam deus noster de omnibus bene futuram, & secundum suam veritatem, & regulam gubernandam, & precius ante constituit, & singulis quibusque temporibus sua dispositione conuenienter aptauit. Haec est voluntas dei, cuius tu ingeris mentionem quam ego quocumque pro meo modulo, quem dominus donare dignetur, cupio prorsus implere, ut non reus de huius talium celestis diminutione reperiri, in hoc talento, sicut ipse quoque nos admones, incrementum Christi postulo consequi, & nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuae litteris, sicut tua quoque pagina designauit, pro vestra sumpsi salute tristitia, ubi conperi quod erat vobis noxiu, & verae pacis contrarium reperi. Contristat enim apud de errorem deuantium, & laetitiam recipit de eiusdem sua praedicatione correctis, si autem tuae charitas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringit, quod pace tua dixerim sacerdos pro veritate promeda, nec facere deberet omnino non dicere ignoscite nobis hominibus timidissimis, si cohortante nos terribili, & diuini iudicij gradus necessitate constringimur, sicut qualescumque ministros Christi decet nos aias nostras ponere pro veritate saluandas, quae eas lucrari velle veritatis diminutione praedat, ut non dicam cuiuslibet contra fidem libitis abdicandas. Iste mihi sunt quas dilectio tua commendat certe fidei perpetuae cum eo quicumque voluit in Christi visceribus amicitiae. Hic non tam optamus proponi alijs, sicut predicis, quam cum fidelibus cunctis sanctu & deo placitu habere consortium.

A Haec mihi quam mandat dilectio tua pax solida. Inconuulsa & perennis hoc vnum vinculum, sicut etiam ipse desideras salutare quo cuncta vniri possit ecclesia. Hoc quibus est creditu, sicut & ipse deprecaris protectio diuina pficiat. Haec est quae deus est charitas quam poscis de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, si haereticorum fuerit participatio polluta? Quomodo conscientia bona, si malorum fuerit cofusione permixta? Quomodo fide non ficta, si fuerit mixta cum perfidis? Quae si prudentia tua sicut deum praedicamus diligenter aduertat, perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed haereticorum damnatorumque vitare vestigia. Quae etiam vos rationabiliter intuentes creditis componendum populum Constantinopolitanu, non pmittit submoueri nomine perfidorum. Quisnam hoc in ecclesia dei quae te possit audire, cum utique pastor sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantem, non per deuia gregem pastor errantem. Dic mihi rogo te grex pro te, an te pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa nobis est iustior, quam populum Romanu a fide illa sua laudabili, maiorum traditione pcepta declinare nos penitus non sinentem libeter audiimus, si vos Constantinopolitanam plebem ab haeretica comunione discedere, recusantem non vultis offendere, sed nos dicitis

Epistole Gelasij pape.

dicitis debere dirigere qui eā valeant mitigare. Quō me auditura est quē videt habere suspectū, si psules suos despicit admonentes, nōne ipsi apostolis est pceptū in aliquibus regionibus verbi p̄dicatione non vti? His quippe inquis non fuerant audiendi veniemus frater Emufimi, sine dubitatione veniemus ad illud pauedū tribunal Christi, vt tacēā quia ex hoc fit metuēda vindicta, & circumstantibus illis à quibus fides ipsa defensa est. Non illic inficiationibus, non dilatōibus, nō inclusionibus est agendū, sed manifestissime cōprobandū, vtrū beati Petri gloria cōfessio cuiq̄ eorū quos regendos accepit, quicq̄ subtraxerit ad salutē. An eā occultare nōlet, etiā cum suo periculo rebellis extiterit obstinata pernitēs. Ibi certe dilucidabit vtrū ego sicut putatis acerbus asper, & nimis durus difficilisq̄ sim vobis qui cū ratione vestrā salutē parurio, qui clamo etiā, si auster; videt antidorum, accipite q̄so, bibite, viuite, nolo moriamini. An vos qui à noxijs prohibiti medicos ducitis execrādos, imō q̄ vultis vobiscū medicos egrotare q̄ vos recipere sanitatem. Et alia manu. Dñs te in colorem custodiat.

¶ Ordo veteris Testamenti, quem sancta & Catholica Romana suscipit & veneratur Ecclesia, digestus à Gelasio papa, cum. LXX. Episcopis.

B Genesim liber vnus. Exodi liber vnus. Leuiticū liber vnus. Numeri liber vnus. Deuteronomij liber vnus. Iesu Naue liber vnus. Iudicum liber vnus. Ruth liber vnus. Regnorum liber vnus. Paralipomenon libri duo. Psalmorum. CL. liber vnus. Salomonis libri. III. Prouerbiōrum, Ecclesiastes, & Cantica Canticorum. Itē, Sapientia liber vnus Ecclesiasticus liber vnus. Itē ordo prophetarū. Esaiæ liber vnus. Hieremiæ liber vnus. Ezechielis, i. de lamentationibus suis. Ezechielis liber vnus. Danielis liber vnus. Osee liber vnus. Amos liber vnus. Michææ liber vnus. Iohel liber vnus. Abdia liber vnus. Ionæ liber vnus. Naum liber vnus. Abacuc liber vnus. Sophonia liber vnus. Aggae liber vnus. Zacharia liber vnus. Malachia liber vnus. Itē ordo historiārum. Iob liber vnus. Tobia liber vnus. Esdra liber vnus. Hester liber vnus. Iudith liber vnus. Machabæorum liber vnus. Itē ordo scripturarum noui & æterni testamēti. Euāgeliorū libri. IIII. Secundū Matthæū liber vnus. Secundū Marcū liber vnus. Secundū Lucā liber vnus. Secundū Iohānē liber vnus. Actū ap̄tolorū liber vnus. Ep̄stolæ Pauli ap̄toli, numero. XIII. ad Romanos ep̄stola vna. Ad Corinthios ep̄stolæ duæ. Ad Ephesios ep̄stola vna. Ad Thessalonicenses ep̄stolæ duæ. Ad Galathas ep̄stola vna. Ad Philippenses ep̄stola vna. Ad Timotheū ep̄stolæ duæ. Ad Titū ep̄stola vna. Ad Philemonē ep̄stola vna. Ad Hebræos ep̄stola vna. Itē Apocalypsis Iohānis liber vnus. Itē Canonicæ ep̄stolæ, nūmero. VII. Petri ap̄toli ep̄stolæ duæ. Iacobi ap̄toli ep̄stola vna. Iohānis ap̄toli ep̄stolæ tres. Iudæ Zelotis ap̄toli ep̄stola vna.

¶ Incipiunt Decreta Gelasii papæ. Decretum cum. LXX. Episcopis habitum de apocriphis scripturis.

Post propheticas, euangelicas, atq; apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica p̄ gratiā dei fundata est. Illud etiā intinandum putamus, q̄ quis vniuersā p̄ orbē catholicā ecclesiā vnus thalamus Christi sit, Sancta tamē Romana, catholica, & apostolica ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris ecclesijs prelata est. Sed euangelica voce dñi & saluatoris nr̄i primatū obtinuit, Tu es Petrus inquis, & sup̄ hanc petrā ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eā, & tibi dabo clauēs regni cælorum, & quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo. Et quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Cui data est etiā societas beatissimi Pauli ap̄toli vasis electōnis, qui nō diuerso, sicut hæretici garriūt, sed vno tēpore, vno eodēq; die gloriosa morte cū Petro in vrbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizās, coronatus est, & pariter supradictā sanctā Romanā ecclesiā Christo dño cōsecrauerūt, talesq; oibus vrbibus in vniuerso mūdo sua p̄sentia atq; venerādo triūpho p̄tulerūt. Est ergo prima Petri ap̄toli sedes Romana ecclesia nō hīs maculā neq; rugā, nec aliqd̄ hmōi. Secūda autē sedes apud Alexādrīā beati Petri noīe à Marco ei⁹ discipulo, & euāgelista cōsecrata est. Ipseq; à Petro ap̄tolo in Aegypto directus, verbū veritatis p̄dicauit, & gloriosum cōsummauit martyriū. Tertia vero sedes apud Antiochiā eiusdē beatissimi Petri ap̄toli habet honorabilis, eo q̄ illic, priusq̄ Romā venisset, habitauit. Et illic primū nomē Chr̄ianorū nouellę gētis exortū ē. Et quis aliud fundamētū nullus possit ponere p̄ter id q̄d positū ē, q̄ est Chr̄s Iesus, tñ ad ædificationē nr̄am eadē sc̄tā Romana ecclesia post illas veteris & noui testamēti q̄s reguli suscepim⁹, etiā suscipi nō phibet scripturas. i. sanctā synodū Nicænā trecētorū decē & octo patrum mediāte Maxio Cōstātino Augusto. Sāctā synodū Ephesinā, in q̄ Nestori⁹ cōdēnatus ē, cōsensu b̄tiff. Celestini papæ, mediāte Cyrillo Alexādrīæ sedis antistite, & Archadio ab Italia destitāto. Sāctā synodū Calcedonē, mediāte Martiano Augusto, & Anatholio Cōstātino p̄. ep̄o, in q̄ Nestoriana & Euticianā fil⁹ cū Dioscoro ei⁹ q̄ cōp̄licib⁹ dānatę sunt, & si q̄ sunt cōcilia à sc̄tis patribus instituta. Post horū autoritatē, & custōdiēda, & recipiēda mādamus. Itē opuscula beati Cyrilli, Cypriani martyris, & Carthagi. epi. Item

Item opuscula beati Gregorij Nazanzeni epi. Itē opuscula beati Basilij Cappadocię epi. Itē opuscula beati Athanasij Alexandrini epi. Itē opuscula beati Cirilli Alexandrini epi. Item opuscula beati Iohānis Cōstantinopolitani epi. Itē opuscula beati Theophili Alexandrini epi. Itē opuscula beati Hilarij Pictauiensis epi. Itē opuscula beati Ambrosij Mediolanensis epi. Itē opuscula beati Augustini Hipponensis epi. Itē opuscula beati Hieronymi pbr̄i. Itē opuscula prosperi viri religiosissimi. Itē epistola Leonis papę ad Flavianū Cōstantinopolitanū epi. Cuius textū quispiā, si vsq; ad vnū lota disputauerit, & nō eā in omnib; venerabiliter receperit anathema sit. Itē opuscula atq; tractatus oim orthodoxor; pat; q in nullo à sanctę ecclesię Romanę cōsortio deuiarūt, nec ab eius fide vel p̄dicatōe seiuncti sunt, sed ipsi cōionis p̄gratiā dei vsq; i vltimū diē vitę suę fuere participes legēdos decernimus. Item decretales epistolas q̄s beatissimi papę diuersis t̄pibus ab vrbe Romana p̄ diuersor; pat; cōsolatione dederūt venerabiliter recipiēdas. Itē gesta sc̄tō; martyr; q̄ multiplicibus tormentor; cruciatibus, & mirabilibus cōfessionū triumphis irradiāt. Quis ista catholicor; dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse p̄fessos, nec suis viribus sed gratia dei & adiutorio vniuerſo tolerasse? Sed ideo sc̄m antiquā cōsuetudinē singulari cautela in sancta Romana ecclesia nō legunt, quia & eor; qui cōscribere nōia penit; ignorant, & ab infidelibus idiotis sup̄flua, aut minus apta quā rei ordo fuerit eē putant, sicut cuiusdē Cyrici & Iulitę, sicut Georgij alior; q̄ h̄mōi passionē q̄ ab hęreticis phibent compositę, p̄pter qd vt dictū est, ne vel leuis subfannādi oriret occasio in sancta Romana ecclesia non legunt. Nos tñ cū p̄dicta ecclesia oēs martyres, & eor; gloriosos agones qui eis magis quā hoib; noti sunt omni deuotione veneramur. Item vitas pat; Pauli, Anthonij, Hlarijonis, & oim Heremitar; eas tñ, q̄s vir beatissimus descripsit Hieronymus cū omni honore suscipimus. Item actus beati Siluestri aplice sedis p̄sulis. Licet eius qui cōscripsit nomen ignoret, à multis tñ in vrbe Roma catholicis oēs cognouimus, & pro antiq; vsu multa hęc mutant ecclesię. Itē scripturā de inuentione crucis dñicę, & aliā scripturā de inuentione capitis Iohānis Baptiste nouellę qdā relationes sunt & nonnulli eas catholici legūt. Sed cū hęc ad catholicor; manus adueniūt beati Pauli apl̄i p̄cedat sn̄ia. Omnia pbatę qd bonū est tenere. Itē Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiasticos op̄s edidit libros nonnullas etiā scripturas interpretatus est. Sed qm̄ beatus Hieronymus eū in aliquibus de arbitrij libertate notauit. Illa sentimus quę p̄dictū beatū Hieronymū sentire cognoscimus, & nō solū de Rufino, sed etiā de diuersis q̄s vir sapius memoratus Zelo dei, & fidei religione rephendit. Itē Origenis nonnulla opuscula q̄ vir beatissimus Hieronymus nō repudiat legēda suscepim;. Reliq; aut oia cū autore suo dicimus eē Renuenda, Chronica Eusebij Cesarieſis & eiusdē ecclesiasticę hystorię liber quibus in primo narratōis suę libro tepuerit. Et postea in laudibus atq; excusatione Origenis schismatici vnū cōscripsit librū, p̄pter rez; tñ notitiā singularē, q̄ ad instructionē p̄tinēt vsquequaq; nō dicimus renuendos. Itē Oroſiū vir; eruditissimū collaudam;, quia valde nobis necessaria aduersus paganor; calūnias dignā ordinauit hystoriā, miraq; breuitate contexit. Itē veneramur sedulij paschale opus, qd heroicis descripsit versib;, & insigni laude p̄ferimus. Itē Iuenci nihilominus laboriosum opus nō spernimus, sed miramur.

¶ Cetera q̄ ab hęreticis siue schismaticis cōscripta vel p̄dicata sunt nullatenus recipit catholica, & aplica Romana ecclesia, ē quibus pauca q̄ ad memoriā veniūt, & à catholicis vitāda sunt credimus esse subdēda. Item notitia libror; apocriphor; qui nō recipiunt. Armensensem synodū à Cōstātio Cesare Cōstantini filio cōgregatā, mediāte tauro p̄fecto, extitit & nūc, & vsq; in æternū cōfiteat eē dānatā. Itinerariū noie Petri apostoli qd appellat sancti Clemētis libri numero decē apocriphi. Actus noie Andree apostoli apocriphi. Actus noie Thome apostoli apocriphi. Actus noie Philippi apocriphi. Euāgelium noie Mathie apocriphi. Euāgelium noie Petri apostoli apocri. Euāgelium noie Iacobi apocri. Euāgelium noie Barnabę apocri. Euāgelium noie Thome, q̄ vtunt Manicheę apocri. Euāgelium nomine Bartholomei apostoli apocri. Euāgelia q̄ falsauit Lucianus apocripha. Liber de infantia saluatoris apocriphus. Euāgelia q̄ falsauit Eſtius apo. Liber de natiuitate saluatoris & de Maria & obstetricę ap. Liber qui appellat pastoris apo. Libri oēs q̄s fecit Lucius discipulus diaboli apocri. Liber qui appellat fundamētū apo. Liber qui appellat thesaurus apocri. Liber de filiabus Adę Genesęs apo. Liber qui appellat actus Teclę & Pauli apostoli apo. Liber qui appellat Nepotis apoc. Liber Prouerbior; qui ab hęreticis cōscriptus & sancti Syrti noie p̄notatus ē apo. Reuelatio q̄ appellat Thomę apostoli apo. Reuelatio q̄ appellat Stephani apocri. Reuelatio q̄ appellatur Pauli apocri. Liber qui appellatur transitus, id est assumptio sanctę Marię apocriphus. Liber qui appellat p̄nitētia Adę apo. Liber Ogig noie gigantis qui cū dracone post diluuiū pugnasse phibetur apoc. Liber qui appellat te-
stamētum

Decreta Anastasij pape.

stamentum Iob, apocriphus. Liber q appellat pœnitētia S. Cypriani, apocriphus. Liber q ap-
 pella pœnitētia Iana & Mabræ, apocriphus. Liber q appellat sortes aploz, apocriphus.
 Liber q appellat laus aploz, apocriphus. Liber Phisilogus, q ab hæreticis cōscriptus est, &
 beati Ambrosii noie signatus, apocriphus. Historia Eusebij Pamphili apocripha. Opuscula
 Tertulliani apocripha. Opuscula Lactātij apocripha. Opuscula Africani apocripha. Opuscu-
 la Postumani & Galli apocripha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ apocripha. O-
 puscula oia Fausti Manichæi apocripha. Opuscula Cōmodani apocripha. Opuscula alterius
 Clemētis Alexandrini apocripha. Opuscula Tascij Cypriani apocripha. Opuscula Arnobij a-
 pocripha. Opuscula Tyconij apocripha. Opuscula Cassiani pbr̄i Galliarū apo. Opuscula Vi-
 ctorini Pitabionēsis apocripha. Opuscula Fausti Regēsis Galliarū apo. Opuscula Frumēti ce-
 ci Cēton de Chfo Virgilianis cōpactū versibus, apocriphus. Ep̄la Iesud Abagaz regē apo-
 cripha. Ep̄la Abagari ad Iesum apocripha. Passio Cyrici & Iulitæ apo. Passio Georgij apo-
 cripha. Scriptura q appellat cōtradictio Salomonis apocripha. Philacteria oia q non angeloz, vt illi
 cōsingūt, sed dæmonū magis arte cōscripta sunt, apocripha. Hæc & oia similia Symon Ma-
 gus, Nicolaus Cherintus, Martion, Basilides, Ebion, Paulus etiā Samofathæ nus, Fotinus, &
 Bonofus, & q simili errore defecerūt. Montanus q q cū suis obscenissimis sc̄cibus, Apolli-
 naris, Valētin⁹, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sab-
 batus, Celestius, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus Celanēsis, Celestius, Ma-
 ximinus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Cōstātinopolitanus, Maximus Anticus, Lāpeti-
 us, Dioscorus, Euticius, Petrus & alius Petrus, e qbus vnus Alexandriā, alius Antiochiā ma-
 culauit, Acatius Cōstātinopolitanus cū cōsortibus suis, necnon & oēs hæresei hæreseorumq;
 discipuli siue schismatici docuerūt, quoz noia minime retinentur, non solū repudiata, sed ab
 omni Romana, catholica, & apostolica ecclesia eliminata, atq; cum suis autoribus, autorumq;
 sequacibus sub anathemate insolubili vinculo in æternū cōfitemur esse dānata.

Incipiunt decreta Anastasij pape.

- | | |
|---|--|
| <p>¶ Quod pro Christo fungat legatiōe, dū pro pace precatur ecclesie. Cap. primū</p> <p>¶ Quod nō sit temere iudicandū de his qui ad dominū migrauerūt. 2</p> <p>¶ Vt specialiter in ecclesia nomen taceatur Acatij. 3</p> <p>¶ Quod magnopere cōtētiō sit cauenda. 4</p> <p>¶ Vt Alexandrinos ip̄erator admoneat ad fidē</p> | <p>syncerā, & ad pacē redire catholicam. 5</p> <p>¶ Admonet imperatorem vt cōstitutis apo-
 stolicæ sedis obtemperet. 6</p> <p>¶ Quod eos quos post damnationem suam vel
 baptizauit v' ordinauit Acatius, nulla por-
 tio læsionis attingat. 7</p> <p>¶ Quod mali bona ministrādo sibi tātūmodo
 noceāt, nec ecclesie sacramēta cōmaculēt. &</p> |
|---|--|

B



Ad Anastasium Augustum.
 Loriosissimo & clemētiss. filio Anastasio Augusto, Anastasius eps. Exordium
 pōtificatus mei primitus oblata populis pace pronūtio, cōfidēter pro fide ca-
 tholicæ humilis pietati v' p̄cator occurro, in q primū mihi diuinū fauorē pro-
 pinquasse cōfido, q nūc cōsonātia in me augustissimi nois tui nō dubiū p̄stat at
 xiliū, vt sicut p̄cellum vocabulū pietatis tuæ p vniuersas gentes toto orbe p̄ful-
 get, ita p ministeriū humilitatis meæ, sicut semp est, sedes beatissimi Petri in vniuersa ecclesia
 assignatū sibi à dño deo teneat principatū. Nec ppter vnū mortuū diutius tunica illa saluato-
 ris desup cōtēta p totū malæ fortis patiat incertū, q sola in discussione pro firmitate sui veni-
 re nō potuit, serenitate tua p̄cipue repub. gubernāte. Cui etiā in priuata vita tm̄ circa syncere
 religiōis studiū fuit, vt sicut fama certissime celebrauit, nemo magis vel iter p̄cipuos sacerdo-
 tes p̄fixas à sc̄tis p̄ibus regulas ecclesie custodisse dicat. Qd̄ sanctū studiū cū maiestate ip̄erij
 creuisse cōfidimus.

- ¶ Capitulum primum.
- C ¶ Legatione itaq; fungimur pro Christo, nec eos propter offensionē vel scandalū patiamini
 publice noiari, quoz merita vel actus illū iudicē latere nō possunt, in cuius iā sunt iudicio cō-
 stituti. Nec illic se p̄t interserere in corpore mortali adhuc temeraria p̄sumptio, in quo nō so-
 lū cōfessio facit aperta merita singuloz, sed etiā silētij ipsius nō potest latere secretū. Nāq; &
 prædecessor noster papa Felix & etiā Acatius illic proculdubio sunt vbi vnusquisq; sub tā-
 to iudice non potest perdere sui meriti qualitatem.
- D II. ¶ Itaq; monēte nos btiss. aplo, neq; sit i hoc offēdiculū i ecclesia, dū qd̄ facere nō possum⁹
 de his q iā trāsierūt iudicare conemur, obseruādū eē trāquillitas tua cognoscat. Ait em̄ de his
 q de rebus ad deū solū p̄tinētibus iudicare p̄sumūt. Nemo em̄ nostrū sibi viuūt, & nemo n̄m
 sibi morit. Siue em̄ viuimus siue morimur, dñi sumus, in hoc em̄ Ch̄s resurrexit à mortuis, vt
 & viuoz & mortuoz dñetur. Tu aut̄ qd̄ iudicas frat̄e tuū, aut quare spernis frat̄e tuū? Omnes
 stabimus